

debilitatum resumet vires inermis
reperietur armatus. iuvenis ado-
lescent et inter ipsos forsitan de
protectore tractabitur.

Placuit fere omnibus sapientis
oratio qui vero aliqua prophetauit
sicut ille qui dixit tempore xpi.

Quod melius erat unum mori pro
populo. Quibus dictis surgens alius
inter cetera dixit:

Sed ob iniustitiam alicuius Deus
nobis elargitus est gratiam et nos
pro aliis posuit in altum. Cavere
nobis oportet itaque ne cadamus.
existimus namque victores super-
minentes rote et cum deo possumus
et pignoribus incumbere et in per-
sona agere non est opus super-
his de ceteris laborare. decet igitur
ad propria cum victoria re-
dire. et sic custodire captos quod de
fuga diffidant. et si subiacere
non dixerint adversantes. totu-
sumus quod ipsos possumus iterum